interdictio nullius momenti prorsus erit. vt commune asse-  
nerat Ias. d. consil. cxix. col. j. Roland. vbi suprā. nu. 12. quia iu-  
ris gentium veriūs & censeatur venatio.

L iij

Wtghes



**c** *Wtghescheyden/te.* Exceptio Ediçti, seu Constitutionis huius principij, si mauis: Quum Constitutionis verbū generale sit, omnia Principum placita complectens. Quod idcirco notandum fuit, quia Latinæ linguæ cōsuetudo hæc nō erat, quas enim Græci Imper. *διατάξεις* appellabāt, eas Latini Constitutiones nominarunt. l. 4. ff. de iust. & iur. Ediçta porro quibus non ad certam aliquā controuersiam, de qua consultus esset respōdet Princeps: sed generaliter de re quapiam quasi legem aliquam, constituit: vt l. hac ediçtali. C. de incest. nupt. & plerunque addita clausula: vel hac perpetua lege valitura sancimus.

**d** *Ende om dit punct/te.* Ex qua particula ego arbitrarer potius dicendum Ediçtum, quàm, Constitutionem: super materia aut tenoris istius puncti, vide Capol. in tract. d. de serui. rust. c. de monte.

**e** *nemmermeer ghebodt noch Verbodt / te.* Magna sit hic profectō à sua Regia Maiestate Subditis gratia: utpote, qui aliàs aliter poterat cōstituere super his, vt leges condere in vniuerso Regno suo, Bartolo etiā dictate in l. j. vers. idē in regib. ff. quod quisq; iuris: Statutaq; variare. Oldra. consi. 250. quum non recognoscens Superiorem (præter Papam cui subest, vt alij omnes Reges. c. per venerabilem. qui fil. sint legit. per Innoc. in glos. sua. in verb. recognoscat: vndē & vocetur filij à Papa. clem. j. §. j. & ibi Card. de iure iur. c. quàm graui. de cri. fals. vndeq; à Papa possint & priuari Regno suo Reges ex causa legitima. c. licet. de voto. Inno. c. si. de suppl. neg. prælat.) tantam habeat potestatem in territorio suo, quantum habeat Impator in vniuerso. Abb. in c. quæ in ecclesiar. de constit. in 2. col. Bald. ad l. hostes. ff. de capt. & postlin. reuers. & ad l. infamē. ff. de public. iud. Inno. in c. cum P. de fid. instru. ac Bald. ad c. cū venissent. de eo, qui mit. poss. causa rei serua. Bald. ad c. j. §. j. tit. de pac. iur. firm. in vsib. feud. nec non Andr. de Iser. ad c. j. 3. col. tit. qui feud. dar. poss. Bal. l. fin. C. de donat. int. vir. & vxor. Bal. ad l. j. ff. de aq. plu. arc. l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publ. Abb. in c. pastoralis. de offic. delega.



**I** T E M / dat voortaeue binnen Onsen voors  
schreuen Lande van Brabandt a gheen Waran-  
den syn en sullen / noch ghehouden worden / dan die  
Brye Waranden geweest hebben / van datmen schreef  
M. Dryehondert ende seuenentsestich / ende diemen te  
Leene b soo lange ontfanghen heeft c vanden gheenen  
Daer dat behoort: Behoudelyck dat den goeden Luy-  
den daer afgeen onredelycke Schade gedaen en worde.

**a** Waranden syn en sullen / *Et quidem optimè negā-  
tur, per l. si quando. §. cum in domo. ff. si seruit. vendic. per  
quam legem etiam sylua plantari non potest in loco in quo  
seruitus debeat. Quæ quidem sunt Nemora. (j. syluæ amœ-  
næ) pabulo idonea. quòd in eo greges atq; armenta depasci  
soleant. & sic differunt à Syluis cōmunibus, quarum appel-  
latione venit solum, non tamen arboribus incis. Pet. in l. si  
quis legauerit. de lega. j. Alex. in l. certo. de seru. rust. præd. Et  
hoc nolo ignorari, Placitū istud Principis (vt tā præcedentia  
quàm sequētia, complectantur) vbi in ipso sit plenitudo po-  
testatis, legis habeat vigorē. l. j. ff. de cōsti. Princ. & §. sed quòd  
Principi. Institu. de iur. nat. gent. & Ciuil. tales sunt Papa, Im-  
perator & Rex, qui legibus humanis non subsint, sed supra  
legem sunt, legibus autem viuere volunt. l. digna vox. C. de  
ll. l. princeps. ff. eod. de. legib. l. ex imperfecto. ff. de leg. 3. c. ad  
honorem. de auro, & vsu pallij. c. illa quotidiana. de e-  
lect. c. proposuit. de concess. præbend. c. 2. de præbend. lib.  
6. cum similibus. In quibus iuribus ait Nicol. Euerard.  
Præses ille q. Mechlin. in loco argum. de plenitud. potestat.  
num. 2. quòd ratione huiusmodi plenitudinis potestatis  
Imperator & Rex possint scribere contra ius, & Papa dis-  
pensare contra ius: & vt ibi narrat (quòd fortius est) etiam vt  
aliqui volūt cōtra Constitutionē Cōcilij generalis: cui addas  
singulare dictum Bart. ad l. infamem. in fin. ff. de publ. iudic.  
vbi vult quòd quælibet Ciuitas vel Rex Superiorem non re-  
cognoscens tantam potestatem habeat in populo sibi subie-  
cto, quantam habet Imperator in vniuerso: quod dictū quo-  
que refert & sequitur Panorm. in c. cum test. de re iudic. & in*

*c. per*



c. per venerabilem. qui fil. sint legit. & DD. sæpè alibi. Attamè quòd dicimus Papã Imp. nec Regem Hisp. non subesse Legibus, haud absoluta sed sub limitatione capiendũ est, scilicet vt procedat, intelligendo de Lege positiua & humana, cui nõ subest, declarante Ioann. Andr. in reg. cui licet. de reg. iur. in vj. Anchor. in c. Canonum, in j. oppos. & 13. q. de consti. Ioã. Calde. in c. de illis. 7. q. de rapt. qui tamen Legi diuinæ subest, vt Papa, tanquã filij ecclesiæ. iuxta not. per glos. in authent. adhæc. C. de vsur. & tex. c. sunt quidam. 25. q. j. quod intelligas, vt glos. sing. in c. post transl. in fin. de renunc. vbi Ioann. Andr. qui inter alia dicit, quòd nè quidem Papa quicquã possit contra Euangelium quatenus concernat fidem & ea quæ ad eum pertinent. in alijs autem quòd anima sua sit in manica sua, quia sit super omnia consilia, secundum eum, & allegat c. significasti, de elect. de quo tamen articulo subtili & periculoso vid. plenius in Constitutionibus editis in Consilio Constantiensi, & reuocatis in Concilio Basiliensi: & latè per Lud. Roman. consil. 121. & exquisitissimè Panorm. in sua disput. incip. Episcopus & quidam rector. & subtiliter Card. in c. licet. de elect. & latè per Præposit. 15. distinct. in princ. ac Anton. de Rosellis in tract. de potestate Imperat. & Papæ, & in locis commemoratis per Felin. in c. nonnulli. in 4. col. de rescript. Oportet enim, vt Chrysippus dicebat, Legem omnium Ducem esse & Principem. Si ergo sola Lex omnium Dux & Princeps esse debeat, non alius est quod sit. Et quis Principi princeps erit? Lex (inquit Plutarchus) quæ omnium Regina est Mortalium & Immortalium, vt Pindarus ait. Sunt itaq; impuri Assentatores, Adulatores, Susurriones, Garruli, nedũ Parasiti, occupandi voluntatis Principum gratia, ex auctoritate falso extollentes: Eum legibus obedire non oportere impiè prædicant, plus illi Terentiano:

*Obsequium amicos, veritas odium parit.*

quã synceritati vel æquitati studiosi, cùm Lex ipsa inuentum sit & munus Deorum. l. ij. ff. de legib. vbi Ioann. Coras. quorum Decretis Principem solutum esse, nemo sanæ mentis est dicturus. c. cùm inferior. de maio. & obed.

*Assentatorem fugias, nam Garrulus hic est:*

*Assentatori est nil pins deterius q.*

*Qui verbis multos dulcibus interimit.*

*Se fidum*



*Se fidam simulat, cum sibi nulla fides.*

Quale genus hominis solet plerunq; in Aulis & Curijs Principum versari: à quo nemo Prudens, nemo Doctus, nemo pius nisi qui fumos vendere calleat, & Assentatoré improbū agere palato cuiusque satisfaciendo miris persuasionibus, & titillationibus: at, intelligenti pauca: Hesiodus Poëtarum prudentissimus, cuius etiam meminit. Aul. Gell. linguā non circa fictitia vel futilia vulgandam, sed circa vera & syncera recondendam, dicit: perinde ac Thesaurum. verūm id hac tempestate passim Magnatibus videtur innatum vitij, vt adulatio libenter habeatur, & honesta veritas ac bonitas reprobetur.

*Nil nisi mendaces: fallacia vana: doliq;*

*Laudantur: falsi premia cuncta feruntur:*

*Dicere qui verum pergit laceratur: honestas*

*Pellitur: & virtus nunc sine honore iacet.*

Nec aduersatur his illud Vlpiani Respōsum ex. d. l. Princeps. ff. de ll. vt *Commentatus ibi sum*, ff. lib. j. ac aliquando publicè professus, plures adducēdo ratiōes & leges. Verissimū siquidem est, Principem legibus solutum, non enim legibus ab alio conditis tenetur, cūm par in parem imperium non habeat. l. nam & Magistratus. ff. de arbit. c. innotuit. de elect. nō à seipso promulgatis, quum nemo possit sibi imperare. l. penult. ff. de arbitr. aut legem talem imponere, à qua non liceat recedere. l. si quis. in princ. ff. de leg. 3. Cæterūm hæc in solemniū legibus & similibus obtinent. l. imperfecto. & l. omniū. C. de testa. non in legibus naturæ, Iustitiæ, & honestatis. l. 2. §. j. ff. de reb. ear. Ea propter Bal. ad l. 2. C. de seru. & aqu. quātumuis (inquit) Princeps solutum se legibus dicat: rationis tamen naturalis dictamine tenetur & obstringitur, cūm Ius naturale potentius sit, quàm Principatus, aut Imperiū. Bald. in c. j. §. fin. qui feud. dar. poss. Qua etiam ratione constat lege conuentionis & contractus Principem obligari, vt & Papa c. j. & ibi omnes DD. de probat. Et Nicol. Euerar. in loco arg. à plenitud. nu. 6. Bald. in l. j. ff. de constit. Princip. quando nihil magis sit naturale, & congruum fidei humanæ, quàm pacta seruare. l. j. ff. de pact. & nihil sit q̄ lumine clariore præfulgeat, q̄ recta fides in Principe, l. inter claras. C. de sum. trinit. alioqui dicit Bald. in d. l. princeps. & in l. 2. C. de seru. & aqu.

M

qui



qui est omnium Præsul, esset tanquam exul. & si in hoc Principes vellent vti plenitudine, potestatis dicerentur ea abuti, & esset potius plenitudo tempestatis, quàm potestatis. legibus itaq; solemnitate, solutus est Princeps, veluti ne testâdo ad testamētariâ iudicâdo in iudiciariâ obseruationē cōstringatur l. ex imperfecto. C. de test. cū eius præsentia suppleat oēs solemnitates. l. omniū. C. de test. ijs verò legib. quibus à Principe neglectis, publicum bonum offenderetur, Principem quemcunq; teneri Iura omnia voluerunt. Interim populus Romanus vni alicui Principi summū ius dare, omniumque rerum arbitrium permisit: veluti necessum habuit, vt omnis factionū occasio tolleretur: tum, vt in administratione Prouinciarum Princeps succenturiaretur Senatui, qui nō perinde Prouincias omnes regere poterat. l. 2. §. nouissimè. ff. de orig. iur. Quare ergo cū Princeps nisi quodammodo legibus solutus sit, suorum Ciuiū hæreditates sibi cōtra leges dalatas non amplectetur? l. 3. C. de testa. vbi ait Imp. ex imperfecto test. nec Imperatorem hæreditatem vindicare posse, licet enim lex (inquit Hotomannus. §. eadem. instit. quib. mod. testa. in fir) Imperij solemnibus iuris Imperatorem soluerit, nihil tamen tam proprium Imperij est, quàm legibus viuere, quod idem traditur. l. digna. C. de legib. nisi quàm autem illustrius quàm apud Paulum in l. 23. ff. de leg. 3. Ex imperfecto testamēto, inquit, legata vel fideicōmissa Imperatorē vindicare, inuerecundū est. Decet enim tātā Maiest. eas seruare leges, quibus ipsa soluta esse videtur. Et sic ipse D. Iustinian. §. eadem. in fin. d. tit. instit. licet (inquit legibus soluti sumus, attamen legibus viuimus: sic & in l. digna vox. C. de legib. legimus. Digna vox est Maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri, Et vt Papinianns inquit. Nā quæ facta lædūt pietatem, æstimationem, verecundiam nostram, nec facere nos posse credendum est. ait doctissimus ille Ioachim. Mynsing. d. §. eadem oratione, instit. quib. mod. testa. in fir. in fin. hæc & consimilia Iura verè diuina, & Principibus nostris inculcanda esse potius quàm illam Adulatorum vocem, Quod Principi placuit, legis habet vigorem. §. sed & quod principi. Institut. de iur. natu. gent. & ciuil. Absint ergo Curialia illa verba, quæ Alciatus. c. 12. lib. 2. ij. Parerg. adulationis causa dicta fert. Vt puta eo præsertim tempore  
cum



cūm aliquid student captare à Principe seruiliter Adulantes, vt inquit Valla, etiam gestu, quod ipsis cum canibus motu caudæ alludentibus commune est, & vt Franc. Phileph. lib. 2. Conuiorum, ficto ac simulato vultu, ad gratiam potius quā ad veritatē assentantes & persuadētes cū tamē meliūs sit pro veritate pati supplicium, quā pro adulatione beneficium. ii. q. 2. nemo. quæ factionis gratia plerisque Aulicis & qui in Principum comitatu sunt solet innata esse, aliud sententibus, aliud loquētibus, verbaq; & voces solummodò effutiētibus, adulatione Regibus quolibet veditātibus. 37. dist. nonne. Alberic. de Ros. C. de testa. l. nolumus. instar insidiatorum alienarum hæreditatū. 37. dist. nonne. Sed fortè dicas illos ita simulatē, ad captādā beneuolentiā Principis suorumq; Membrorum, quælibet agere esse subiectos: cui inferam, si eos esse ergo maximæ seruituti deditos & obnoxios & ita Aulicorum vitam esse splendidam miseriam: vt etiam *latius in meis Iuristarumq;* Prouerbijs inuenias delineatum. Neque ergo, omne, quod Principi placet, legis vigorem habet, & pro lege seruandum est. sed id tantū, quod ex æquo & bono, nec honesti carceres excedente, legis condendæ animo constitutum est, quodq; non pugnat cum iure naturali & honestatis formula. Salomonius ad l. j. & l. princeps. ff. de constitut. Princip. vbi grauitè etiam de hoc multis inculcationibus differit. Quare meritò Antiochus ille tertius laudandus est, quem ferunt, datis ad singulas Ciuitates literis suis, iussisse, ne sibi parērent, si quid fortè præter ius & fas ediceret. Quorsum & Plato respexit, in eo Dialogo, qui Minos inscribitur, vbi Constitutiones Principum iniquas, nec ad optimum, recto calle proficiscētes, leges minimè esse, summa grauitate probat. Mendacij ergò & adulationis gymnasium est Aula Principum: vbi præfati Adulatores vera mendacijs concinnant, laudant turpia, & pro egregijs haberi affirmāt seuera & odiosa. & ex quibus arbitror ortū odiosum illud prouerbiū. Qui volet esse pius exeat Aulā. Cū ibi regnantes sæpe tacti Adulatores, falsis testibus (vt ait Francis. Patric. Senens. de regno. lib. 4. tit. 2.) peiores sint: quos tamen Athenienses priscis temporibus capitali supplicio ex veteribus legibus afficere solent, vt inter alios de Tymagora Darij adulatōre legimus: eòq; sic assentando, simulando, dissimulandaq;



mulandaque Principis aures demulcebat, ac tali aucupio se tueri tentabat, ut rectum nec verum à falso discerni poterat. Sunt etiam invidi qui in Domibus Principum semper aluntur, & subitanea aliorum felicitate toruis oculis intuentur, oesque quibuscum illi paulo familiaribus versantur, odio habent & diffidentes virtutibus suis, magno ingenio viris semper obrectant. oesque quibus pares virtute esse nequeunt, invidia ac malevolentia persequuntur. Hi consiliorum eventus expectant, quod si felices extiterint, Fortunam Principis laudant. Sin secus, auctores sententiae criminantur, eosque callidos versutosque esse dicunt, & non rebus Principis, sed sibi ipsis consulere. Sunt horum nonnulli etiam inanis gloriae adeo cupidi, ut sibi ipsi mentiantur, seque nimium ament, & sine rivali quidem, ut dicitur, hi de se omnia quae dicantur, quamvis manifeste falsa sint, credunt, ficta pro veris accipiunt: φιλαυτία alijs de se potius, quam sibi ipsis fidem adhibent, & per unquam à se discedunt. Et dum aliorum iudicium sequuntur, suum ingenium fraudant. Et in summa avaritia sumptuosi sunt, in summa autem infamia gloriosi suaque duntaxat admirantur, aliena vero omnia despiciunt. Quin etiam cuncta existimant, quae de se ipsis praedicant, & cum summa ostentatione iactant, auditoribus ita persuaderi, ut vera illa, & nulla ex parte ficta esse putent. neque intelligunt se ludibrio contemptuique haberi, ac simili modo se irrideri, quo quidem apud Comicos Poetas miles gloriosus irridetur. Horum gratia quidam Graecorum putant Ixionis fabulam fictam esse à Poetis, qui aiunt illum pro Iunone Iouis coniuge, quam perditè adamabat, Nubi se commiscuisse, & ex ea Centauros genuisse. Inanis enim gloriae cupidi, vanam virtutis imaginem amplectuntur, nihil tamen rectum, aut virtuti consonum agunt, sed ex arbitrio multitudinis pendunt, Principesque videri cupiunt, Principe ipso preciosiores adornati & vestiti, poposi, vanisque quasi nubi incubunt, quae deinde eis mostra parit. Hos perosus Iupiter fulminat, & in barathrum praecipitatos perpetuae rotae affigi iubet, instar Ixionis de quo praclare Ovid.

*Voluitur Ixion, et se sequiturque, fugitque.*

Rotae naturam eleganter exprimit, quae quod magis seipsam sequitur, tanto seipsum fugit. Sic enim medax Adulator quod magis veritati inniti videri vult, tanto magis ab ea abhorret & mendacium reiterat, suamque vna vanitatem ostendit. de quibus



quib. Gregor. in psalm. Confitebor tibi Domine. super verb. quoniã laudatur. Hæc est magna ira DEI, cum deest correctio, & adest adulatio. nam horũ linguę ligant animas in peccatis. Declarant enim ea facere in quibus non solum non timetur reprehensor: sed imò adulatur Adulator. peccatori exhibita adulatio dat audaciã augendi peccatũ. 46. disti. sicut. 50. distinct. si quis dixerit. vnde & parietẽ linire tales dicantur. 66. dist. sicut. in fin. Adulatio, me herclè, falsus & tamen blandus est sermo. 43. dist. c. vlt. l. vlt. ff. si quis aliq. testa. prohi. quæ non conuenit Philosophis. Spec. de aduocat. §. nunc de exordijs. vers. aduocatus. Quare Diogenes Philosophus vni ei adulanti notabiliter respõdit: Vt quid me tantũ laudasti: nũquid vis me vendere mihi: at dixit ille: indulge mihi quia nũc benè sciam, quòd mentiar: quum alij sibi complacabant in adulationibus meis. Et hæc quidẽ proluxiũs à me referuntur, vt Rex & Princeps hoc certius à tali genere hominum sibi caueant. nam Pastor qui luporum laudes, vel adulationes quærit, oues negligit. (38. disti. nonne. B. Thom. secunda secũdæ. q. 115. quod & latius delineo in meis *Tabulis Elementorũ Christianismi*: imò quia neqores sunt hostes adulatōres, q̄ illi qui foris sunt, nequaquam sunt assumẽdi, p̄ Cõfiliarijs Pr̄cipũ. c. si inimicus. 93. dist. de q̄bus loquebatur diuinus Psalmista. psa. 2. Qui loquũtur pacẽ cũ pximo suo, mala in cordibus eorũ. Hinc D. Hiero. in quadã Epist. ad Teclã. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm oscula blandientis. de quib. per Archid. & Ioan. de Turre crema. in c. sunt nonnulli & in c. seq. 46. dist. Perinde Rex Assuerus iratus contra Vasthi Reginam, interrogauit Sapientes Cõfiliarios suos, cui sententię Vasthi subiaceret. Qui non temperauerunt Regis furorem, nec excusauerunt absentem, sed vnus respondit, cum indignatione dicens: Regis iusta est indignatio. Esther. 1. Item Principes & Satrapæ Darij Regis Persarum, cupientes quòd Rex iniquum statueret decretum, posuerunt aliquid, quòd ipsis nefandissimis hominibus, nedũ bestialibus pecudibus videbatur pertinere ad honorem ipsius. Daniel. 6. ac denique Pharisei volẽtes capere CHRISTVM sermone, cœperunt magnas laudes ei dicere: Magister, scimus quia verax, & cæt. Matth. 22. Ευλογειν ἐπι καλῶν ἔργοισι, καλὸν, τὸ γὰρ ἐπι φλαύροις, κίβδηλον, καὶ ἀπατεῶνος ἔργον.

M iij

Ait.



Ait Democritus: quasi dicat, Rectè facta collaudare, honesta est: mala verò laudibus vehere, adulterini animi ac impostoris est. Quemadmodum Actæo ab alumnis suis canibus interijt, sic Parasiti (quos Crates συγκατανοστιφαγοις appellabat) eos à quibus aluntur pessundant, habentes faciem impudentem, colorem stabilem, maxillas indefessas, quæ continuò possint alapas sustinere, qui si irrideantur, de seipsis & rideant, turpè putantes seruire dicitarijs: ad complacendum conuersantes in alentis perniciem, aliena commessantes, interim famem, vecordiam, audaciam, ventrem, ocium, bile dimissa, habentes etiam nonnunquam ægroti dum student elegantes haberi. Vbi tamen vrios veræ gloriæ studiosos, iustos & simplices esse oportere, ait Aeschylus Poeta, & boni esse, quàm videri malint. Vtòs igitur illos, experto credet Princeps Roberto, vt in meis Iuristar. Prouerb. in verb. expert. Princeps sciet contemnendos esse, & Regia Aula exigendos: ac nullo munere nullaq; dignitate honestandos: quum, vt declaratum iam est sic satis prolixè, horum consuetudo, tam illustrissimæ personæ Principis quàm Regno perniciosissima est. quorum opes sæpiùs euertunt atq; honores, quàm hostes, vt sapienter ait. Q. Curtius. Atque ipsorum loco viris fide, prudentia, doctrinaq; præstantibus, liberiores quãdam loquendi potestatem faciet Princeps, vt in rebus arduis liberè, ac sine timore consilium rectum afferant. Sapienter quidem Demetrius Phalerius Ptolomæum Regem monuit, vt libros illos legeret, in quibus præcepta Regibus ac Ducibus traduntur (vt ex Plutarchi apotechmate) hausimus quandoquidem doctissimi illi viri ea scriberent quæ nemo vnquàm Regibus, Ducibusue in rei veritate dicere auderet. Ea propter Remp. Romanam (vt Lampridius ait) prudentissimorum consilio felicissimè rexit, maximè Vlpiani, Pauli, Pomponij, Africani, Celsi, Modestini, Iuris peritissimorum. Hic sunt, inquit, qui bonum Principem fecerunt. Tot enim & talibus viris quid mali excogitari vel fieri potuit, quum omnes ad bonum consentirent? Reges sapientes redduntur, sapientum hominum consuetudine. Hinc Cyrus (vt Xenophò scribit) Thesauros sibi custodes, fidelissimos parabat amicos. Hi Regis oculi, Regis aures dicebantur, qui cuncta quæ videbant, quæ futura essent Cyro conducibilia, referebant.

Multis



LAETVS INTROITVS.

95  
 Multæ sunt aures, multi sunt oculi, longæ sunt manus boni Principis. Ideò Alexandro suadebat Aristoteles, vt ex eius familia fidos p̄bosq; aliquos haberet qui ea quæ p̄ Regnū fierēt & dicerētur, sibi referrēt. sic ergo & Ego cōsulo dignissimis Principibus bonos & p̄batos secū habere suisq; consilijs & domesticis colloquijs semp̄ adhibere, ne ipsi tādē boni, cauti & optimi vēdātur vt ait Diocle. Hinc vera & memorabilis est illa Marij Maximi sentētia, cuius Aelius Lāpridius meminit. in historia Alexā. Principis. Meliorē esse Remp. & propētiorē in qua Princeps malus est, ea, in qua sunt amici Principis mali. Siquidē vnus malus à pluribus bonis corrigi potest: multi aut̄ mali, non possunt ab vno, quàmuis bono, vlla ratione superari. Ideò bonus & sapiens fuit Princeps idem Alexander, qui præter insitam animo virtutem, amicos sanctos & venerabiles habuit, non malitiosos, non furaces, nō callidos, non ad malum consentientes, non bonorum inimicos, non libidinosos, nō crudeles, sed sanctos & religiosos, quòd nihil venderent, nihil mentirentur, nihil fingerēt, nunquàm deciperent æstimationem Principis sui: vt e conuerso solent facere Aulici Adulatores omnium animalium domesticorum, secundum Thaletū Milesium, pessimi, Curiam maximè frequentantes, vtpotē videntes homines meliùs Adulatoribus succedere, quàm recta Monentibus, qui ad nugas se conuertant, & quæ placent loquantur. Crescentibus nempe flagitijs hominum crescit & veri odium. Regnū blanditijs ac mendacio datum est, Adulantur Sacrifici, assentantur Medici: Consiliarij haud satis amicè consulunt, quæ liberè monent Magistratus Proceres certatim Principis fauorem ambiunt, & ad gratiam ferè semper loquuntur: Qui à sacrosanctis Confessionibus Principibus sunt, liberè & audacter vix officio funguntur suo. Quòd si facerent: hercle meliores forent Principes. Ita sit, vt dum quisq; suis cōmodis studeat, publica negligatur vtilitas. Quare, in summa, iniquis huiusmodi Consultoribus qui neq; famam neq; salutem vel Principis vel Reipu. diligant, nequaquam aures præbēdę sunt, nec leuiter credendū. Et si enim minimè decet quoscunq; more frondium quibusuis flatibus flexibiles esse: his potissimū indecorum, imò perniciosissimū est, penes quos tanta potestas est, vt quod facere velint exequantur. Licet namq; obstinata non credenti durities quandoq;

laferia



leferit, sapius tamen leuiter credidisse exitio fuit. Quid nãq̃  
 stultius obsecro, quàm cunctis fabellis aures cordis habere  
 patulas, & tanquàm certissimis fidem adhibere, quum ho-  
 minum inter se sint tam varia certaminis studia. Nihil pro-  
 fectò tam credula existimatione stolidius. Quum Senna-  
 cherib potentissimus Assyriorum Rex Hierusalem obfi-  
 deret ingēti exercitu, Regem ad colloquium vocauit, & no-  
 luit exire perditionē (vt in libris Reg. scribitur) & credulita-  
 tis periculum timens. quoniam vt Vegetius rei militaris pe-  
 ritissimus ait, frequentius Conuētiones Pacisq̃ simulatio-  
 nes credulis magis nocuere, quàm arma. Circumspecti qui-  
 dem viri ac constantis est, negligere neminē, verum pro me-  
 ritis vnumquēq̃ pendere, & ne de incognitis præcipiti sen-  
 tentia falli possit, seipsum colligere, & quasi è speculamen-  
 tis librato iudicio intueri, quis verba faciat, ob quod meri-  
 tū, in quē facta, in quo loco, quo in tempore, iratus an quie-  
 tus animo, hostis an amicus, Infamis an honestus homo  
 sit. Quum igitur repētina credulitas mater sit erroris, nouer-  
 ca cōsiliij, simultatum causa, præcipitium obsequētis, & pœ-  
 nitentiæ semper proxima: credulitatis festinantiam semper  
 abhorrere æquum & saluberrimum erit, Illustr. Principi, ita  
 vt nil temerè aut audiat, aut credat, aut ex abruptiōe deniq̃  
 agat: verum (vt colophonem hisce addamus, nè diuitiis pro-  
 positum breuitatis excedamus) omnia diligenti & matura  
 consilij examinatione præcedente: & S. M. non pœnitebit.

b soo langhe Ontfanghen / *rc.* Referas ad hæc ea quæ  
 habentur infrà. art. 8. 2. Additione, in contextu.

c vanden ghenen / *rc.* Vt authoritates & familiæ conser-  
 uentur. Paul. Paris. consil. 16. nam hoc fieri publicè interest.  
 l. j. §. si cui ff. de ventr. insp. vers. publicè enim. vbi DD. &  
 doctissimus ille P. Peckius in casu familiæ. lib. 4. de testa. c.  
 1. num. 6.

#### ARTIC. XXXVI.

1. **I E M** / Datmen a gheen Schuldt te Woudts  
 rechte oft Borsch Rechte trecken en sal. Dan  
 Schuldt comende van Coopmanschappen van Houte/  
 ende van Borsche / van Juden Borsche ende Wouden  
 des



des Princen vanden Lande / oft van anderen Boffchen  
ende Wouden / die van ouden tyde te Woutrechte ghes  
staen hebben.

<sup>a</sup> gheen Schuldt te Woudrechte / *re. Vt Iurisdictionē  
censeri esse apud illum locum cui consuetudo prouidit,  
referunt Archid. & Ioā. Monach. in c. cūm Episcopus. de of-  
fic. ord. in vj. & Bald. in c. adhæc. col. 2. de pac. iur. firm. Quā-  
do quidem & hæc cohereat territorio. Ias. post Bar. l. j. in pe-  
nult. col. versic. collige ex. ff. de iurisd. om. indic. vbi & Dyn.  
Paul. de Castr. consil. 132. l. fin. C. vbi & apud quos. Bald. l. j. C.  
de hæred. instit. & ad l. data. C. qui accus. non poss. vt est qua-  
litas territorij. Barth. Cæpol. de seru. vrb.*

## ARTIC. XXXVII.

**I E M** / datmen in Onsen Walschen Lande  
van Brabandt hebben sal eenen goeden eersamen  
<sup>a</sup> Baillyu / Gheboren in Onsen Lande van Brabant:  
Ende dat zyne Clerck ende Onder Ambachteren / ende  
desghelijcx Onse Ambachteren ende Rechteren vā On-  
sen anderen sesse groote Ambachten / sullen sijn <sup>c</sup> van  
Onsen Lande van Brabandt gheboren. Ende dat  
<sup>d</sup> het Hoff van Genepien sal gehouden zyn <sup>e</sup> gelyck dat  
plach hier voortyts te wesen: Soo dat niemant <sup>f</sup> die  
daer te doene heeft / en worde ghehandelt buyten <sup>g</sup> wegen  
van Rechte.

<sup>a</sup> Baillyu / *re. Idē est q Prætor, Mayerus, Schultetus, Amp-  
mānus, & aliusmodi Iudicij primarius: de quib Budæ. latius  
in Annot. prior. & ego post eum in meis Commentarijs lib. 1. tit.  
tit. 14. de offic. p̄tor. circ. l. j. Hiq̄ à principio Romæ ius reddi-  
derūt. Demū vi bellica partis à populo Rom Prouicijs, in eas  
quoq̄ mitti cœpère: qui à populo mittebātur, quales hi sunt  
dicti præsertim & quidē prætores: qui à senatu, Consules. q. i.  
demū à Cæsaribus, Præsides, vel Legati Cæsaribus dicti. Quāuis  
Prætorē appellari Proconsulē non esse nouum Oldendorp.  
monuit. per l. patri pro filio. §. j. ff. de minor. & l. in hæredem.*

N

ff. de



ff. de dol. mal. Prætoribus autem Iurisdictione (quod scitum non indignum annotatum est ab Alciato) hac verborum formula, ex lege xij. Tabular. competebat.

*Iuris disceptator, qui privata iudicet, indicari iubeat, p̄tor esto: Is iuris civilis custos esto, huic Potestati parento:*

*Quodcumq; Senatus creuerit, Populus iue inserit, tot sunt.*

*Magistratus annui sunt.*

*Ausdicium, iudiciumq; habent, hoc est, appellationem ad populum vel Senatum. vt Cicero de legib. lib. 3. interpretatur. & qualem Iurisdictionem hi habuerint, indicat. Alex. lib. 2. c. 15. Genial. dier. &c.*

**b** *van Onsen Lande / r.* Rationem & causam huius diximus alibi, præter eam quæ supra de Cancellario & Consiliarijs dicta sunt, vel quæ sup. artic. 19. in hoc LAETO INTROITV posita, & commentata sunt.

**c** *dat het Hoff van Genepien / r.* Vt non sit delusoria Iurisdictione, ex sententia Spec. de prim. & secund. decret. §. xj.

**d** *ghelyck dat plach / r.* vt ix. quæst. iij. conquestus: vnde teneat & eorum Genepiensium Iurisdictione atque Sententia. DD. ad l. j. C. de emancipa. lib. quæ inest quoque Genepiensium Dominio tanquam pars in toto. arg. ff. de except. rei iud. l. si quis cum. & Pileus Modicens. q. 16. quæstio. Iuridicar. incip. an Castro. vid. Alciat. c. quod sedem. nu. 34. de offic. ordi. ac cū generaliter illa cōcedatur, vel demādetur Merū & Mixtū, Imperium concessum seu mandatū reperietur. vt idem d. loco. nu. 38. cū sit de Territorio, vt in corpore inanimato. secund. DD. & Bald. in c. adhæc. de pac. iur. firm. Paul. Castr. confil. 132. & ibi Bart. C. vbi & apud quos, atq; illi cohæreat vt qualitas territorij. Bart. Cœpol. de serui. vrba. cxij. Alex. in l. j. de iur. om. iud. & in l. prætor. eod. tit. vbi & Bart. dicit eam illi cohærere, cum Iasone in penult. col. vers. collige ex.

**e** *die daer te doene hebben / r.* Vt tractentur in Iudicijs more consueto, & iuxta merita causæ: vt interim Iurisdictione tamen territorij concessa per suam Maiestatem augeatur cum territorio, si modò illud augeatur per modum vnionis: aliàs secūs. Floria. ad l. ite si fundi. §. Huic vicinus. ff. de vsufruct. & Flor. in l. si procuratores. §. si plures. ff. de tributoria.

**f** *en worde ghehandelt / r.* Eò quòd potestatem habeat

Iudi-



Iudices ibi: vt plerunq; Iurisdictione nō est sine potestate: è cō-  
sō Potestas benè sit sine Iurisdictione, vt not. DD. & Card. in  
Clem. fin. §. irritum. de elect.

**g** buyten wegen van Rechte/te. Quū Iurisdictionis sit  
(quod magis est) condere etiam Statuta. Barth. ad l. omnes  
populi. vt & Alex. ff. de iust. & iur. ac ad l. j. ff. de iurisd. om.  
iud. Bald. in l. nulli. C. de sent. Inno. in c. cūm oēs. de constit.  
Lud. Pont. in rubr. de arbi. pœn. ita vt non extra viam Iuris  
tractari ibi quispiam presumatur. Ius autem dictum *δικαιοσύνη*  
ibi accipi autumo pro ordinatione ciuilis societatis. vt di-  
xit Arist. lib. j. Polyticor. ac vt ego latius interpretor in meo lib.  
4. Ethopoliticorum tit. 25. circa princ. Vbi reperias Iurisdictionem  
diuisam in Ordinariam & delegatam, Plenam & Semi-  
plenā: Cum tractatu, cui. s. potissimūm competat quælibet  
earum: quarum & Spec. meminit. de Iurisd. om. iud. in prin.  
Item aliam esse Meri Imperij, aliam Misti, aliam Modicam  
coërtionem habere, & c. ad quæ loca plura requirētem huic  
materiæ correspondentia, remitto: quum omnia hīc dicere  
non conueniat, nec sit instituti nostri.

## ARTIC. XXXVIII.

**I** E M / a dat doek mede voortane / Onse  
Smaelreheeren / Ambachteren / Rechteren ende  
Kentmeesteren / particulieren van binnen Onsen Lans-  
de van Brabandt voorschreuen b Gheboren sullen  
moeten zyn / sonder dat sy sullen moeghen doen / of  
e laten bedienen / die voors huerlieder Officien / met  
oft by eenighe Buntlanders / a van wat qualiteyt  
dat sy souden moeghen zyn. Ende desghelycx sullen  
oock die Castelleynen van Onsen Sloten des voors  
Ons Landts van Brabandt / zyn Gheboren Bras-  
banders : e Het en waere / dat sy Stammen inden  
seluen Onsen Lande besaten van heurs selfs oft van  
Houwelycx wegghen.

N ij

Item



**a** Item dat voer mede / *zc.* Hinc videmus bonū Principem nihilo differri (vt ait Xenophon lib. 8. de pædia Cyristati, in initio) à bono patre. Nam vt parentes filijs in omni æquitate possibili prouident, vt bona his nunquàm sint defutura: ita Rex videtur nunc ea cōsulere nobis, cum quibus maximè in fœlicitate possimus ad vltimum vsq; finem perseuerare: cū hoc & antiquitatis monimentis & vitæ communis exemplis, & legis diuinæ actionibus exploratum sit, illud Regnum & Imperium diu permanere nō posse, in quo leges, iura, Iudicia sacrosancta & inuiolata non sunt.

**b** gheboren sullen moeten syn / *zc.* Vt suprà artic. 5. 6. & 7. (vt quale iuramentum circa officium præstandū iurare debeat, habetur art. 10. & 11. suprà, & in debita forma in fin. Ordination. Crimin. publicatę Bruxellę sub Duce Albano anno 1570. fol. 36.) prout originis locus perualeat in muneribus imponendis. l. libertus. §. 2. ad Municip. & Alex. ad l. assumptio. §. filius. eod. tit. vt sic originarij comprehenduntur à statuto legitimante, non autem forenses non Subditi. Bart. ad l. j. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Nati ergo debent hīc Officiales in Brabantia esse, & non solūm ex ea oriundi, vt vulgus putat, hoc est, qui exinde originem ducāt: putā, quia pater vel maiores ex eo Ducatu antiquitūs prognati sint c. j. de vsur. in 6. vndē originarij Ciues quoq; improprie dicātur, quia ex parentibus ciuilibus alicuius oppidi oriundi sint, ad tamen differentiam Incolarum qui ipsi nuper municipatum cōtraxerunt. vt in l. ciues. C. de incolis. lib. x. Ciues quidem origo facit. j. ortus natiuitasq; (quę mutari non potest) vt l. fin. §. penult. ad municip.

**c** laeten bedienen / *zc.* Vt suprà d. est artic. 22. n. m. 1. cuius substitutionis materiæ quoq; mentionem faciūt opinor Oldra. consil. 141. incip. thema. Rota 46. decis. in nou. Intelligas tamen hīc, subaudiendum, nisi fiat & surrogetur quispiā in locum æquē legitimatus & qualificatus vel per Curiam Principis ex certa ratione, & in defectū alius vel per ipsum surrogantem sciente Curia, eò quòd huiusmodi scientia inducat consensum, vt ff. de euct. l. quidam ex parte. & C. ad Velleian. l. si sine. & ex quo sciuerit, & sic consequutiue consenserit Curia, ampliùs pœnitere ipsa non deberet. vt ff. de option. lega. l. apud Auffidium. & ff. de verbo. oblig. si ita stipulatus



pulatus. nec sic reprobare probatum. ff. de negocijs gest.  
 l. Pomponius : nec opponere posset, quia surrogatus pe-  
 tijffet surrogari, aut si mauis substitui, & q̄ iuxta art. xj. circa  
 med. suprā in LAETO INTROITV, sit indignus eo ip-  
 so. vt C. de episc. & cler. l. si quemquam. & ff. de procur. l. quæ  
 omnia: Quandoquidem benè faciat: quia qui etiam Episco-  
 patum desideret, bonū opus desiderat. vt etiā Barbarius Phi-  
 lippus Romæ petijt officium Præturæ. vt ff. de offic. prætor. l.  
 Barbarius, & arg. ff. quod quisq̄ vniuer. nom. l. item eorum.

**d** van wat qualiteyt dat sy souden moghen zyn / 2c.  
 Nisi prorsus saperent substituti naturam eorum, in quorum  
 locum essent subrogati. ex l. si eum. §. qui iniuriarū. ff. si quis  
 cau. l. parabolam. C. de episc. & cler. Coras. lib. miscell. Iur. 3.  
 c. 19. nu. 4. & 5. & nisi de consensu Statuū & Consilij genera-  
 lis Ducatus Brabantia fieret, & c. ac non inutiliter & auidius  
 ambigissent, officiū, quia tum aliàs non inuitati sed sola aua-  
 ritia vel glorię causa impulsī, vtrò se offerētes vel ingerētes  
 à munere repelluntur, vt ff. de iur. immu. l. semper. §. condu-  
 ctōres. ita vt quāuis ijdem sumus, posito casu, cum surro-  
 gato, tamen ea iamiam d. de causa possumus talem repellere  
 vel reprobare, licet etiam semel probauerimus: nam & Me-  
 dicus quisemel fuit electus, reprobatur. vt ff. de munerib. &  
 honor. l. vt gradatim. §. reprobari.

**e** Het en waere dat sy Stammen / 2c. Exceptio à prio-  
 ribus: vt nulla regula tam generalis est, quin aliquando pa-  
 patiatur exceptionem, dicente Aristot.

## ARTIC. XXXIX.

**I T E M** / a dat Wy Onse ghereformeerde  
 Bancken van Sandthouen ende van Beele / in  
 state sullen houden / soo als die nu zyn / ende het bez  
 hoordt : b Ende dat Onse Schepenen van Beele  
 heur Residentie houden sullen binnen Onser Stadt  
 van Brusselle.

a Item dat Wy Onse ghereformeerde Bancken / 2c.  
 Eccum, quā præsīt Regia Celsitudo diuina in ordine gu-  
 bernationis suorum Subditorum, & profectò (immēsa bo-  
 nitate DEI suggerente) nè funditus deleantur, sed confer-

N iij

uentur



uentur in vnitate & cōcordia, vt aliās è contrariò videmus propter Iurisdictiones & Dominia ori maximas cōtrouersias, imò sæpiùs exurgere Cōmotiones publicas, imò intestina Bella.

**b** Ende dat Onse Schepenen/ze. Ad cuius Magistratus instar, posteriores Cæsares in ciuitatibus extra Italianam Imperio Subditis, Magistratus quosdam esse voluerint ibi residentes, qui paterna voce plebis, & totius Ciuitatis Defensores dicerentur: qui non eligerentur ex corpore Decurionum. l. 2. C. de defens. ciuit. sed ex alijs bonæ opinionis viris, Ciuitatis tamen habitatoribus. §. interim & §. fin. de defenso. ciuita. col. 3.

## ARTIC. XL.

**Z E M** / a dat Onse Stadt van Antwerpen / metten Bewysenisse daer toe behoorende / tot ewighen daghen **b** vergadert sal blyuen tot Onsen goeden Steden ende Lande van Brabandt / in alder vueghen ende manieren / die was ten tyde / doen sy van Brabandt gheschenden worde: **c** Ende desghelycx Onse Stadt van Nijuelle / ghelyck die tot hier toe gheweest heeft.

**a** Item / dat Onse Stadt van Antwerpen metten / ze. Eisdem scilicet rationibus quibus & Cōstitutio ea promulgata est, suprà articulo xij. istius LAETI INTROITVS. de Lymburgensi & Vltràmofanis locis, &c.

**b** vergadert blyuen / ze. Quia hęc Ciuitates Ducatus Brabantix sine graui incommodo diuidi non possent. Quū (inquiunt) pluris valeat totum in toto, quàm pars in parte. l. Meuius. §. in fundo. ff. de leg. 2. & sic cōsuluisse reperitur. Ioā. Oldendorp. de certo Comitatu, in consilio Landtgrauij: incip. Quàmquàm ex prædictis, in 4. art. nu. 20.

**b** Ende desghelycx Onse Stadt van Nijuel / ze. Quæ ided, licet sit Gallico sermone vtens, dicitur esse Ducatus Gallix Brabantix, quemadmodum Insulæ Gallicæ Flandriæ Ciuitas nuncupatur.

AR-



**I**tem / a dat Wy Onse Sachuaerden /  
die Wy voortaeue Onse Staten ende Lande van  
Brabandt ende van Quermaze b beschryuen sullen /  
c altyt veerthien daghen d voor den dach dat die  
Sachuaert ghehouden sal worden / Onse voorschres  
uen Staten ende Lande sullen e doen beschryuen.

Het en sy dat die saecken (daeromme Wy die Sach  
uaerden houden wouden) f groote haeste heyschten  
om ontcommert te wordene: Ende dat Wy die  
Sachuaerden sullen doen leggen tot sulcker g gheles  
ghender plaetsen binnen Onsen Lande van Brabandt /  
h daer Onse voors Staten Brylijck en i Onbesorcht  
k comende zyn ende l keeren moeghen. Ende dat  
eenen yoghelycken vanden Prelaten / Baenroetissen /  
Edele / Steden / ende Bryheden / Onse voors Lans  
den van Brabandt ende van Quermaze / m voor  
Ons oft elswaert / daer dat behoort / n te samen oft  
besonder / Heuren Last sullen moeghen Segghen oft  
Opdoen / o ende daer mede Ghestaen / p sonder eenis  
ghe Indignatie oft veruolch r van Ons oft van nes  
manden anders daer af te ghecryghene: Ende son  
der daeromme van Ons wedersien te wordene s in  
eenigher wys. Ende oft Hen / oft eenighe van  
Hen daeromme r van nemanden yet Bederuere /  
dat Ghelouen Wy te nemen aen des gheens / oft der  
gheenre / die dat doen sullen / v Lysf ende Goedde x son  
der verdrach.

a Item dat Wy Onse Sachuaerden / 20. Articulus  
certè quàm plurima in se continens mysteria. Quando qui  
dem



dem Conuocationes tales sunt necessariae, vt Principes, nec Papa quidē ipse, soleāt ardua explicare sine praesentia Cōcilij, vt legitur & not. in c. ad Apostolicā. de re iud. in vj. & per Hostien. in c. ex gest. de cler. non resid. & licet generaliter & regulariter Subditi nō debeant onerari venire ad Cōgregationem, seu Conuentum pro libito Superioris, verū temporibus consuetis. vt refert Abb. in c. his quæ. de maiorit. & obed. & quidē non plus (quā non teneantur de iure) obsequi Prælati excedentibus limites sui officij: Innoc. in c. ad aures. de temp. ordin. vt & facit xj. q. 3. c. qui resistit. tamen quia talis publica Congregatio præsumitur legitimē fieri. vt Alex. ad l. nulli. quōd cuiusq; vniuers. nom. tenentur ex officio Illustres Personæ legitimē citatæ, vel vocatæ per Præsidem Prouinciæ, vel reliqua dicti Ducatus Brabantia Membra & Status, comparere: etiam si sint extra territoriū. iuxta notata in c. Romana. §. contrahentes. de for. cōpet. lib. 6. dū ad huiusmodi actum prorsus requirantur & quidem necessariō, veluti citari è conuerso nō debeant ad actum qui poscit, ipsis etiam inuitis, explicari. prout arguit quoq; Oldrad. consil. 95. in fin. Roma. 212. Alex. ad l. si pacto. in vlt. notab. C. de pact. confi. 2. vol. j. 6. col. cū aliis per Decium, Cagnol. & alios ad l. qui ff. de reg. iur. Marfil. sing. 30. Rimi. consil. 282. nu. 149. vt idē dicendū arbitror de Procerib. singulis Regis etiā.

**b** *Beschryuen sullen / 2c.* Rectē sic dicitur: quia quando citetur Personæ Illustres vel Clarissimæ, in scriptis sit Citatio, vt ex Iafone in §. quadrupli. col. 4. in princ. institut. de action. & text. ac Bart. in l. quotiens. C. de dignitat. lib. 12. refert. Robert. Marant. de ordin. iudic. part. 6. de citatione, nu. 76. aliās non valeret citatio. vt Bart. d. loco. nu. 7.

**c** *altijt veerthien daghen / 2c.* Quod quidem videtur cōmodū spacium temporis Comparitionis, si sint intra Ducatum & Regnum citandi, attenta distantia loci, vt terminus vnus aut alterius mensis soleat in Citatione apponi mittēda extra Regnum, quia ibi degant citandi, ad comparendū. de quo text. est Neapolitan. constitut. circa fin. vbi Andr. de yser. & idem Andr. in c. j. de constitut. inter vas. & alium. de bene. vbi dicit illis tale tempus nō posse à quo quā arctari.

**d** *veerthien daghen voor den dach / 2c.* Notanter hoc additum



additum vocabulum (voer) quia dies termini computetur etiã in termino ipso aliquãdo. Soc. in reg. iur. per l. j. ff. si quis caut. & notat. Specu. in tit. de appell. §. restat. vers. nunquid. Si tamen quispiam sit impeditus morbo, vel alio iusto impedimẽto, an nullo obstante teneatur cõparere, vel procuratorẽ mittere, aut quempiam surrogare. Resp. quòd non. per l. 2. §. quod diximus vbi glos. & Bart. ff. si quis caut. vt si habeat aliquam arduam vel grauẽ quẽstionem, defensionem vel causam. text. in c. quãrelam. ver. grauibus causis. de procu. Zasius in l. quãsitum. de re iud. vel si fit arrestatus alibi, vt Paul. in d. l. quãsitum. de quibus taliter impeditus protestabitur. vt not. Abb. post Innoc. in c. ex transmissa. de præscript. & facit text. in c. suscitatus. de rescrip. cuius quidem impedimenti probandi causa summarie postea tractabitur, vt per solũ etiam iuramentũ. Robert. Marãt. de ord. iudic. part. 4. dist. 9. nu. 82. per. c. pastoralis. in fin. de except. Sed quid si citati impediti fuerint voluntario impedimẽto: puta, nuptiarum, vel peregræ Professionis &cæt? profectò sunt excusandi. l. j. §. vsus. ff. de procur.

**e** **Doen beschryuen / 2c.** Vt plerunque fit literis clausis Regijs secreto sigillo Regio, seu minori, munitis.

**f** **groote haeste hensch / 2c.** Quia potest breuior terminus quàm 14. dierum constitui, quando res & negocium requirant accelerationem: Alex. consil. 63. & 23. Aret. cons. 83.

**g** **Gheleghender plaetsen / 2c.** Locus quidem debet esse habilis & congruus. Bart. & DD. in l. fin. §. adeundi. ff. quando appell. sit.

**h** **Daer Onse voorschreuen Staten vryelyck / 2c.** Est quòd destinatus locus sit tutus omnibus ijs, qui in huiusmodi insigni & solemni congregatione habeant necesse comparere. vt c. ex arte. de appell. & ibi DD. Felin. in c. accedens. vt lit. non contest.

**i** **ende onbesorcht / 2c.** Quia ad locum suspectum non tenetur quis comparere, Bart. DD. & maximè Alex. ad l. recusare. §. si quis alio. cum l. seq. ff. ad Trebell.

**k** **comende sijn / 2c.** Interim salua debita reuerentia. vt DD. ad c. de his. de maior. & obed. licet non teneantur obedire inutili proposito Superioris: c. si quando. de rescript.

D

ende



- l** ende coopen moeghen/ꝛ. Ne vllam captent occasionem  
suis cōsilijs & ope adesse Patriæ & Reip. quia eā derelinquēs  
perdat Priuilegium eiusdem. Bald. ad l. 2. de infan. expos. quē  
sequitur Alex. in l. veluti. in addit. ad Bart. ff. de iust. & iur.
- m** voor Ons oft elswaert/ De quo consilio & tangit Ol-  
dendorp. in antinomia Iur. antiq. post verb. damnium.
- n** te samē oft besonder/ꝛ. Vt colligātur rectē opiniones.
- o** ende daer mede ghestaen/ꝛ. Additis clausulis: vel, sci-  
licet, Reuerentia & pace saluis: vel, sub correctione æquius  
sentiētis: vel, sine præiudicio veritatis. secundū l. Claudius. &  
ibi Bart. in 2. notab. ff. qui pot. in pig. hab.
- p** sonder eenighe indignatie oft veruolch/ ꝛ. Et sic libe-  
